FLORA.

61. Jahrgang.

No. 29. **Regensburg, 11. Oktober** **1878.**

Inhalt. W. Nylander: Circa Lichenes Corsicanos adnotationes. — Wilh. Jul. Behrens: Anatomisch-physiologische Untersuchungen der Blüthen-Nectarien. — A. de Krempelhuber: Lichenes, collecti in republica Argentina a Doctoribus Lorentz et Hieronymus. (Continuatio.) — Personalnachricht. —

Circa Lichenes Corsicanos adnotationes.

Scripsit W. Nylander.

Per partem hiemis proxime elapsae cl. J. P. Norrlin in Corsica commoratus Lichenum fasciculum collegit, quem mihi examinandum submisit. Pauca licet haec collectio contineat, ea tamen publici juris facere conveniat, de regione enim agitur parum hoc respectu cognita atque species quasdam offerente pretii haud parvi utpote nexum suo modo demonstrantes inter vegetationem illam Galliae meridionalis et boreali-africanam. Ceteroquim numquam spernendae sint recensiones specierum accurate determinatarum, nec tales nisi rarae inveniuntur; attamen solaeeae de natura vegetationis judicium facere permittunt solidum.

Lichenographia hodie omnino permutata, maxime interest ea vegetabilia attentione alia considerari quam antea mos erat et a peregrinatoribus exquiri studiorum nova ratione imbutis. Cl. Norrlin sic experientia praestabili conspicuus Lichenibus Corsicanis collectione sua haud parum meritus est aestimandus, etiamsi non ibi exegit quod meliore valetudine facere potuisset.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0451-3

Quoque pauca solum loca et nimis obiter adiit, cur Lichenes quosdam ab aliis jam observatoribus, ut Soleirol et Léveillé, in Corsica lectos, eum fugisse videmus (quales notabilissimi sunt: *Chlorea Soleirolii*, *Ramalina arabum*, *Physcia villosa*, *Chiodecton myrticola*).

Sequentes sunt species collectionis, quam examinavimus.

I. — Ajaccio.

Collema cheileum Ach. muricola, *C. ceranoides* Borr. supra terram sabulosam ad mare, *C. stygium* Del. (sporis saepius 5-septatis) saxicola, *C. aggregatum* (Ach.) corticola.

Leptogium lacerum (Sw.) muscicola, *L. sinuatum* (Huds. majus, laevius) muscicola.

Cladonia alcicornis (Lghtf.), *Cl. pyxidata* f. *costata* Flk., *Cl. fimbriata* Hffm., *Cl. pungens* (Ach.), muscicolae vel terrestres.

Evernia divaricata (L.) arboricola.

Parmelia caperata Ach. et *P. scortea* Ach. super muros, *P. conspersa* f. *hypoclysta* et *P. prolixa* f. *Delisei* (Dub.) saxicolae.

Physcia parietina (et f. *aureola* Ach.) corticola et saxicola, *Ph. tribacia* (Ach.) saxicola (etiam lignicola), *Ph. aipolia* (Ach.) saxicola, *Ph. adglutinata* (Flk.) corticola, *Ph. subdetersa* Nyl. in Flora 1878, p. 344, terrestris, *Ph. aquila* (Ach.) saxicola, *Ph. subaquila* Nyl. corticola, *Ph. stellaris* (Ach.) corticola, **Ph. tenella* (Scop.) corticola et var. *infornicata* (laciniis fornicatis vix ullis) etiam corticola.

Peltigera canina (L.) et *P. malacea* (Ach.) super terram muscosam.

Nephromium lusitanicum (Schaer.) muscicola.

Pannaria nebulosa (Hffm.) terrestris, *P. nigra* (Huds.) muricola.

Lecanora holophaea (Mnt.) terrestris, *L. ferruginea* (Huds.) corticola (et *festiva* Ach. saxicola), *L. roboris* Duf. corticola, *L. galactina* Ach. muricola, *L. subfusca* f. *campestris* Schaer. saxicola, *L. chlarona* Ach. corticola, *L. gangaleoides* Nyl., *L. parella* (L.) et *L. fuscata* (Schrad.) saxicolae, *L. admissa* Nyl. (sporis longit. fere 0,0045 millim., crassit. 0,0020 millim., paraphysibus mediocribus vulgo tenuiter articulatis, quibus notis parum differt a *L. smaragdula* f. *fuscante* Nyl.) et *L. simplex* (Dav.) saxicolae.

Urceolaria gypsacea Ach. terrestris, *U. violaria* Nyl. in Flora 1875, p. 299, terrestris et saxicola (vix specie differt *U. cinereo-caesia* Sw.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0452-9

Pertusaria pustulata (Ach.) corticola.

Lecidea deceptoria n. sp. Subsimilis *L. rubiformi* Whlnb. et eidem maxime affinis, sed differens praecipue squamis thallinis pallide luridis non imbricatis margineque ascendente albo vel albido, apotheciis nigris (non aggregatis). — Supra terram sabulosam; etiam in Algeria, Batna, eam legit Norrlin.[1]) Corsicana macrior, minus evoluta.

Thallus squamis firmis saepius contiguis et marginibus subelevatis albis flexuosis, vix vero squamae passim subimbricatae; eae interdum virescenti-albidae. Apothecia nigra convexa latit. 0,5—0,9 millim. Epithecium electrino-rufescens, hypothecium dilute rufescens. Paraphyses mediocres vel crassiusculae articulatae (non semper bene discretae.) Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens. Epithecium K violaceo-purpurascens.

Lecidea effusa (Sm.), *Lecidea chlorotica* Ach. (*albescens* Hepp.) corticolae (super myrtum, etc.).

Lecidea subchlorotica n. sp. Thallus cinereo-virescens tenuissimus continuus vel evanescens; apothecia albida planiuscula (latit. 0,1—0,2 millim.), immarginata; sporae 8nae aciculares, tenuiter 3-septatae, longit. 0,015—23 millim., crassit. 0,001 millim., paraphyses mediocres, epithecium et hypothecium incoloria. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein violaceo-fulvescens (thecae praesertim tinctae). — Super corticem *Cupulariae viscosae* (una cum *L. effusa* crescens).

Affinis *L. chloroticae*, sporis vero brevioribus mox differens. Spermatia arcuata, longit. circiter 0,008 millim., crassit. 0,0005 millim.

Lecidea coarctata * *ornata* (Smrf.) lapidicola, *L. athalloides* Nyl. in Bullet. Soc. bot. Fr. 1860, p. 503 (sporis 4—8nis) supra terram arenosam.

Lecidea vesicularis Ach. supra terram subulosam.

Lecidea glaucomela n. sp. Thallus glauco-cinereus granuloso-verrucosus, sat tenuis, granulis demum subplicatis, effusus; apothecia nigra (latit. circiter 1 millim. vel minora), convexa, intus albido-pallida stratoque supero fuscescente;

[1]) Ea in Flora 1878, p. 315, enumeratur sub nomine erroneo: „*L. albilabra* Duf." Vera *L. albilabra* Duf. longe distat in stirpe *L. vesicularis*, sporis fusiformibus 1-septatis (variantibus 3-septatis) longit. 0,016—23 millim., crassit. 0,0035 millim., epithecio nigrescente, etc. occurrit in Gallia meridionali et usque in Lusitania ad Olisiponem.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0453-5

sporae 8nae incolores ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,008—0,012 millim., crassit. 0,0035 millim., epithecium dilute sordide coerulescens, et pars supera hypothecii fuscescens, paraphyses mediocres. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein vinose rubescens. — Supra terram sabulosam nudam.

Affinis *L. vesiculari*, a qua differt thalli granulis non bullatis, apotheciis minoribus et convexioribus, sporis minoribus (brevioribus) et paraphysibus tenuioribus.

Lecidea aromatica Ach. muricola, *L. acclinis* Flot. super corticem *Ericae arboreae*, *L. parasema* var. *elaeochroma* Ach. corticola (socia *Physciae parietinae*), * *L. exigua* Chaub. crataegicola cum priore.

Lecidea meiospora Nyl. (facie *subcalcareae)* muricola, *L. grisella* Flk. frequenter super latera rupium.

Lecidea lithophilopsis n. sp. Est quasi *L. lithophila* vel *L. plana* ecrustacea, sed sporis oblongo-cylindraceis, longit. 0,010—14 millim., crassit. 0,003 millim. Apothecia subcaesio-pruinosa (latit. 1—2 millim.) convexiuscula, tenuiter marginata vel margine demum evanescente, intus superius sordide colorata. Epithecium fusconigrum (acido nitrico subrufescens), paraphyses mediocres. Jodo gelatina hymenialis intensive coerulescens. — Saxicola ad mare.

Thalli vestigia jodo non tincta. Apothecia saepius approximata et difformia. Hypothecium supra subrufescenti-fuscescens.

Lecidea sarcogynoides Krb. supra lapides arenarios, *L. chloropoliza* Nyl. supra terram et lapillos ad latera viarum.

Lecidea ericina n. sp. Thallus albidus tenuis vel tenuissimus, subleprosus (K flavens); apothecia nigra plana marginata (latit. 0,5 millim. vel minora), intus concoloria; sporae 8nae fusco-nigrescentes oblongae 1-septatae, longit. 0,011—14 millim., crassit. 0,004—6 millim., epithecium fuscum, paraphyses mediocres, hypothecium nigricans. Jodo gelatina hymenialis coerulescens, dein lutescens. — Super corticem *Ericae arboreae.*

E stirpe sit *L. disciformis.* Spermatia recta acicularia, longit. 0,0045 millim., crassit. 0,0005 millim.

Lecidea subdisciformis Leight. saxicola ad mare, *L. myriocarpa* (DC.) saxicola et corticola (ilicicola thallo laeviore).

Platygrapha Picconeana (Bgl. sub Lecania) myrticola.

Endocarpon Garovaglii Mnt. supra terram sabulosam.

Verrucaria muralis Ach. lapidicola et muricola, *V. integra* Nyl. super caementum.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0454-1

Verrucaria punctiformis (Ach.) frequens super cortices laeves.[1])

II. — Bonifacio.

Quum in priore regione saxorum natura erat granitica, hic est calcarea.

Lichenes calcicolae lecti sunt: *Lecanora callopisma* var. *sympagea* (Ach.), *L. ferruginea* (Huds.), *Dirina repanda* Fr., *Opegrapha Chevallieri* Leight., *Verrucaria rupestris* Schrad., *V. integra* Nyl. (haec etiam sabulicola).

Indidem super corticem oleae: *Roccella phycopsis* Ach. (etiam fertilis), *Ramalina pusilla* Le Prév., *R. Panizzei* DN., *R. evernioides* Nyl., *R. calicaris* var. *subampliata* Nyl. *Ramal.* p. 34, *Lecanora aurantiaca* (Lghtf.), *L. chlarotera* Nyl. L. Pyr. or. p. 20, *L. gangaleoides* Nyl. in Flora 1872, p. 354, *L. Parisiensis* Nyl., *Dirina ceratoniae* (Ach.), *Pertusaria pustulata* (Ach.), *P. communis* DC., *Lecidea fuscorubella* (Hffm).

Lecidea patellarioides Nyl. Prodr. Gall. Alger. p. 116 (*B. Doriae* Bagl., Stzb. *L. nadelf.* Sp. p. 10). Apothecia latit. 1 millim. vel minora. Sporae 9—17-septatae, longit. 0,070—0,100 millim.. crassit. 0,0025—0,0035 millim. Epithecium et hypothecium K sordide coerulescentia.[2])

Lecidea canescens Ach., *Arthonia melanophthalma* Duf. (sed sine sporis), *Platygrapha rimata* Flot., *Opegrapha lyncea* (Sm.) confluens cum *O. stictica* DR., *O. pulicaris* Hffm., *O. atra* Pers., *O. diaphora* Ach.

Opegrapha diaphoroides n. sp. Subsimilis *O. diaphorae*, sed sporis parvis 3-septatis, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,0035 millim. Spermogonia non visa. — Oleicola, ut praecedentes.

III. — Corte.

Hinc solum visae: *Lecanora calcarea* f. *Hoffmanni* (Ach.), *L. pyracea* Ach., *L. sulphurea* Ach., *Lecidea myriocarpa* (DC.).

---

[1]) Observare hic liceat hanc „Arthopyreniam," ex nomenclatura Massalongiana, esse Achario *Leiophloeam*, nomen subgenericum Acharii (L. U. p. 274) omni jure praeferendum, nam plurimae species eo relatae thalloque hypophlaeode dignotae divisionis illius circumscriptionem designant (exclusis excludendis).

[2]) Scandinavica (*L. patellarioides* Nyl. Prodr. Scandin. p. 211) non vel parum differt.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0455-7

IV. — Aitone.

Usnea dasypoga Ach., *Alectoria sarmentosa* Ach., *A. implexa* Hffm., *Ramalina calicaris* (Hffm.), *R. farinacea* (L.).

V. — Vizzavone.

Cladonia alcicornis Flk., *Cetraria aculeata* Ach., *Peltigera canina* (L.) terrestres.

Fagicolae vel super corticem fagi: *Usnea dasypoga* Ach., *Platysma glaucum* (L.) *Parmelia sulcata* Tayl., *Physcia subaquila* Nyl., *Ph. ciliaris* (L.), *Ph. speciosa* (Wulf.), *Nephromium tomentosum* (Hffm.), *Pannaria rubiginosa* (Thunb.), *P. triptophylla* (Ach.), *Lecanora sophodes* Ach., *L. subfusca* (Ach.) Nyl., *L. angulosa* Ach., *Pertusaria communis* (DC.), *Lecidea glomerulosa* (DC.) Nyl., *L. rivulosa* Ach.

Saxicola *Endocarpon miniatum* var. *complicatum* Ach.

Anatomisch-physiologische Untersuchungen der Blüthen-Nectarien.

Vorläufige Mittheilung.

Von Dr. **Wilh. Jul. Behrens.**

Der organo-chemische Process der Nectar-Absonderung in den Blüthen und die ihn vollziehenden Organe sind bis jetzt nur sehr mangelhaft untersucht worden.[1]) Ich habe daher diesen Gegenstand methodisch bearbeitet, und es liegen mir jetzt die fertigen Resultate vor, welche in der nächsten Zeit dem Drucke übergeben werden sollen. Da aber die Herstellung der lithographirten Tafeln die Publication etwas verzögern dürfte, so erlaube ich mir, an diesem Orte einen Auszug aus dem Résumé vorzulegen, wobei ich jedoch nachdrücklichst bemerke, dass die hier gegebenen, nackten Thatsachen in meiner demnächstigen, ausführlichen Publication sämmtlich eine eingehende und erschöpfende Besprechung finden werden. Ich habe es mir dabei angelegen sein lassen, unter Zugrundlegung physikalischer wie chemischer Thatsachen die bei der Nectar-Absonderung auf-

[1]) Kurr: Untersuchungen über die Bedeutung der Nectarien. Stuttgart 1833. — Caspary: De Nectariis Elberfeld 1848. — Jürgens (Hanstein) in: Sitzungsberichte der niederrhein. Gesellsch. für Natur- und Heilk., phys. Sect. vom 10. III. 1873. (Letzteres ganz kurze Mittheilung; die in Aussicht gestellte, zusammenhängende Publication ist nicht erschienen.)

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0456-2

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1878

Band/Volume: 61

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Circa Lichenes Corsicanos adnotationes 449-454